Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

tor eius ut lampas accendatur. Et videbunt omnes gentes ius
tum tuum et cuncti reges inclitum tuum. Et vocabitur tibi no
men novum quod os domini nominavit. Et eris corona glorie in manu
domini. et diadema regni in manu dei tui. Non vocaberis ultra
derelicta. et terra tua non vocabitur amplius desolata. sed vo
caberis voluntas mea in ea. et terra tua inhabitabitur. quia co
In illo tempore. Cum esset S. matheum M placuit domino in te.
desponsata mater ihesu maria ioseph antequam convenirent in
venta est in utero habens de spiritu sancto. Ioseph autem vir eius cum
esset iustus et nollet eam traducere voluit occulte dimittere eam.
Hec autem eo cogitante. ecce angelus domini in somnis apparuit ei
dicens. Ioseph fili david. noli timere accipere mariam coniu
gem tuam. Quod enim in ea natum est. de spiritu sancto est. Pariet autem
filium. et vocabis nomen eius ihesum. Ipse enim salvum faciet populum suum
me. Apparuit In primo galli cantu a peccatis eorum. Epistola ad titum
gratia dei salvatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos. ut
abnegantes impietatem et secularia desideria. sobrie et iuste
et pie vivamus in hoc seculo. expectantes beatam spem. et adven
tum glorie magni dei. et salvatoris nostri ihesu christi. Qui dedit semet
ipsum pro nobis. ut nos redimeret ab omni iniquitate. et munda
ret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum. Hec loquere.
et exhortare in christo ihesu domino nostro. L. ysaye prophete. Prophecia
Hec dicit dominus. Populus gentium qui ambulabat in tenebris.
vidit lucem magnam. habitantibus in regione umbre mortis.
lux orta est eis. Parvulus enim natus est nobis. filius datus est nobis.
Et factus est principatus eius super humerum eius. et vocabitur nomen eius
admirabilis. consiliarius. deus fortis. pater futuri seculi. princeps pacis.
Multiplicabitur eius imperium. et pacis non erit finis. Super solium